
P
osu-érunt custódes mí-li-tes ad sepúlcrum. Concússa terra Dó-
mi-nus resurréxit: mi-rácula facta sunt tá-li-a circa sepúlcrum, ut
et ipsi mi-li-tes, qui custódes advénerant, testes fí-erent, si vellent
vera nunti-áre. Sed ava-rí-ti-a illa, quæ capti-vávit disci-pulum có-
mi-tem Christi, capti-vávit et mí-li-tem custódem sepúlcri. Damus,
inquí-unt, vobis pecúni-am: et dí-ci-te, qui-a vobis dormi-énti-bus
venérunt discí-pu-li eius, et abstulérunt e-um. Vere defecérunt scru-
tántes scruta-ti-ónes. Quid est quod di-xí-sti, o infé-lix astu-ti-a?
Tantúmne dése-ris lucem consí-li-i pi-etá-tis, et in profúnda versú-
ti-æ demérge-ris, ut hoc di-cas: Dí-ci-te qui-a vobis dormi-énti-bus
venérunt discí-pu-li ejus, et abstulérunt e-um? Dormi-éntes testes ád-


hi-bes: vere tu ipse obdormísti, qui scrutándo tá-li-a defecísti.